crucis ſignū clauſis a natiuitate eius oculis impoſuit dicens· Xpſ
dnſ & magiſter nr̄ qui oculis lutū impoſuit cęci nati· & lumen
ei reſtituit· ipſe te potentia ſua illuminet· Quem mox uidentem·
[ip]ſus eſt uerbis affatus· Vade inquit ad dyoniſium & dic ei quia
paulus ſeruus ihu xpi ad te me miſit· ut memor ſponſionis tuę
ad eum uenire non differas· quo baptiſmū ſalutis accipiens· ab omni-
bus poſſis abſolui nexib; peccatorū· Is autē qui lum̄ accepit· obedient̄
iubentis uerba impleuit· & ad dyoniſium properans· pauli ei uerba
p ordinē nuntiauit· Dyoniſius uero electionis grā iam preuent[us]
ut cęcū reſpexit· non ante habitis luminibus conuenientē· ait ad eū
Es ne tu ille quē cęcū natum cuncti cognouerunt a fines· Cui
ille reſpondit· Ego nempe ſum cui ceco nato actenus ſol non
luxit· ſed ipſe paulus cui tibi deſero mandata ſalubria· ihu xpi